

in compendio Privilegiorum verb.:  
Ornamenta Ecclesiastica n. 6.

### 15) Munditia.

Vd.: *Munditia Ecclesiae; Sacrista; Ritus graec.* (Constit. Innoc. IV. §. 10.); *Param.* (Qualit.)

### 16) Mutatio.

Vd.: *Param.* (forma, benedict. quando etc.)

Paramenta nova et antiqua mutare possunt Canonici absque consensu Episcopi, etsi de aliis mobilibus adsit consuetudo, quod de consensu Episcopi id fiat: Sac. Congr. Conc. in Maxien. 23. Aug. 1631 apud *Aldan* loc. cit. n. 52. et *Barbosam* loc. cit. n. 2.

### 17) Pontificalia.

a) Quis defert ad Cathedram?

Capellani Metropolitanae Ecclesiae (Januen.) de Massa nuncupati non tenentur Archiepiscopo pontif. celebraturo deferre s. Paramenta ad Cathedram nisi deficientibus Acolythis. n. 3997 ad 4 die 3. Mart. 1731.

Cf.: *Sandalia* (decr. n. 4606 nota); *Diaconus et Subdiaconus Episcopi; Episcopus* (Paramenta); *Tertia* (Locus etc.); *Paramenta* (Episcopi).

Lotis manibus Acolythis offerunt ex altari Paramenta Episcopi per ordinem, unus post alium, videlicet amictum, albam, cingulum, crucem pect., stolam, pluviale (ad Tertiam) et mitram. Diaconus et Subdiaconus capientes singula Paramenta de manibus Acolythorum Episcopum vestiunt.

*Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 12.

b) Cui non competunt?

Vd.: *Faldistor. Dignit. etc.* (decr. n. 3976.)

c) Cathedralis (Cujus sumptibus?).

*Ad dubium*: an *Ecclesia* vel *Sacristia* teneatur *subministrare* Para-

menta pontif. proprio Episcopo? S. C. resp.: Episcopum uti posse praefatis Paramentis pontif. n. 1008 ad 1 die 9. Decb. 1634.

Episcopo, Pontificalia exercenti in Civitate, sed extra Cathedrallem, licet etiam invitis Canonicis pro se et suis Assistentibus et inservientibus Paramenta a Cathedrali desumere. n. 1441 ad 5 die 14. Mart. 1643.

*Ad dubium*: Si in Ecclesia (Cathedr. Gerundae) non adsunt Pluvialia ejusdem coloris in numero sufficienti pro Dignitatibus, Canonicis et Beneficiatis, quomodo sit procedendum? S. C. resp.: Sumptibus Ecclesiae juxta solitum. n. 3640 ad 2 die 20. Jan. 1703; n. 3694 ad 2 die 12. Julii 1704.

Vd.: *Param. Episcopi* (Quis subministr.).

d) Ubi induit Episcopus?

Vd.: *Tertia* (Locus cant.).

### 18) In Processione.

Vd.: *Processio* (Param.).

### 19) Qualitas.

Vd.: *Param.* (Materia; forma.)

Paramenta Ecclesiastica debent esse munda, honesta et proportionata usui et Ministerio, ad quod accomodantur; cap.: *Vestimenta* 42. *de consecrat. dist. 1.*; cap.: *Relinqui* 2. *de Custodia Eucharistiae*. Paramenta Ecclesiastica et praesertim vestes, quibus Sacerdos utitur in Missa, uti amictus, alba et hujusmodi, debent esse *benedicta*, ut colligitur ex cit. cap.: *Vestimenta* 42. *de consecrat. dist. 1.*, antiqua Ecclesiae consuetudine et benedictionibus pro hac re institutis et contentis in Caeremoniali Romano.

20) Quando pretios. utenda?

Indumenta s. nobiliora Celebrantium et Altaris pretiosiora ornamenta esse

assumenda in festivitatibus 1. cl. et functionibus solemnioribus ad formam Caer. Ep., exclusis tamen a solemnioribus diebus expositione SSmi occasione Orationis 40 hh. et Octava SS. Corp. Chr. n. 4383 ad 1 die 12. Julii 1777.

### 21) Renovatio.

Vd.: *Paramenta* (bened. quando amittunt?).

*Ad dubium*: An decretum Episcopi Regineten. in visitatione latum super renovatione pluvialis et lampadis ante altare majus sit exequendum a Parocho S. Mariae Montis Morelli?

S. C. C. resp.: *Affirmative*.

Die 12. Apr. 1710 *Reginet.* ad 10.

### 22) Sacerdotis defuncti.

Vd.: *Sacerdos def.*

### 23) Testari de iis non potest.

Omnia et singula ornamenta et paramenta ac vasa necnon missalia et gradualia et cantus firmi et musicae ac alii libri et aliae res sacrae, etiam auri et argenti, ac quaecumque alia bona per quoscumque Abbates seu Commendatarios et alios quoscumque, qualiacumque beneficia ecclesiastica etiam quorumvis Ordinum regularia obtinentes ad usum et cultum divinum, etiam in eorum privatis aedibus et capellis vel oratoriis destinata, tempore eorum obitus ex testamento vel ab intestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi et alias disponendi de bonis non comprehendantur, nec sub appellatione spoliatorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monasteria etiam Conventu carentia, et beneficia hujusmodi (in quibus resederint aut quibus praefuerint seu quae alias obtinuerint) omnino pertineant. Quod si aliquis ex praefatis Abbatibus seu Commendatariis et aliis Beneficiatis pluribus Ecclesiis seu Monasteriis pro tempore

simul vel successive praefuerit seu plura beneficia obtinuerit, ornamenta et paramenta ac res et bona praedicta ad illa omnia (habita ratione fructuum et temporis, quo eadem beneficia possedit) spectent omnino, et proportionaliter inter ea dividantur: Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. const. 42., quae incip.: Romani; et referunt etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb: *Spolia Clericorum* pag. mihi 482., *Tamburin.* de Jure Abbat. tom. 3. disp. 16. quaesito 2. n. 2. p. 268.

## PARASCEVE.

### 1) Adoratio Crucis.

a) Clerus.

#### I. Cappa Canonicorum.

Vd.: *Cruz* (materia); *Cappa Canon.* (decr. n. 3544); *Oblatio in Parasc.*; *Lanz.*

Canonici habentes usum Cappae magnae non possunt illam deferre expansam seu extensam, ut Episcopus, in adoratione crucis fer. VI. Parasc. vel alio tempore. Abusum Episcopus tollat. n. 3544 ad 3 die 23. Jan. 1700.

*Ad dubium*: An Canonicis accedentibus fer. VI. Parasc. ad ador. crucis cum cappis explicatis, earum extremitates sint a Clericis elevandae? S. C. resp.: *Negative*. n. 3597 ad 4 die 10. Sept. 1701.

Licet Capitulo Cathedr. s. Severi in adorat. s. crucis fer. VI. Parasc. incedere cappis extensis usque ad talos. n. 4178 ad 1 die 4. Sept. 1745.

*Ad dubium* 1.: An Canonicis fer. VI. liceat necne in Parasceve deponere s. vestes, quae induti reperiuntur, et permittente Episcopo, assumere iterum cappam, et soluta longiori vestis fimbria ad adorationem Crucis accedere ac deinde s. iterum vestes resumere?

2. An saltem cum cappa et soluta talaris vestis fimbria id liceat, semper

assentiente Episcopo, Canonicis secundariis, qui s. vestibus induti non sunt?

Et S. eadem C. respondendum censuit

Ad 1.: „Negative, et s. vestes assumantur solummodo juxta Caeremoniale, dum Episcopus functionem peragat.“

Ad 2.: „Affirmative in casu.“

Et ita servandum esse mandavit die 11. Mart. 1837 n. 4803.

## II. Modus.

Vd.: *Manipulum; Calceamenta.*

Episcopus debet adorare crucem in medio duorum Diaconorum, cum quibus incedit, Presbyter assistens vero in medio duorum Canonicorum ex dignioribus. n. 3551 ad 26 die 13. Mart. 1700.

*Ad dubium:* An fer. VI. in Parasceve, Episcopo non celebraturo, in adoratione crucis, Canonici assistentes debeant ipsum comitari ad initium tapetis, ibique sistere, donec solus ad adorationem Crucis procedat, seu potius tum in genuflexionibus tum etiam in ipso osculo eundem associare teneantur, ibique expectare, quousque idem Crucis adorationem et osculum compleverit?

S. C. resp.: Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. n. 4435 ad 1 die 24. Sept. 1788.

Episcopus (non celebraturus), absoluta adoratione et osculo non debet ibidem permanere, donec a Canonicis assistentibus par Crucis obsequium exhibitum fuerit, sed potius immediate Canonici assistentes debent Episcopum ad Cathedram pontificalem associare ac subinde idem Officium cum aliis Canonicis in ordine suo complere teneantur. n. 4435 ad 2 die 24. Sept. 1788.

*Ad dubium:* An Celebrans fer. VI. maj. hebdomadae accedere possit ad de-

osculandum SS. Crucifixum ante Episcopum?

S. C. resp.: Servandum esse Caer. Ep. I. II. c. 26. et contrariam consuetudinem esse abusum omnino tollendum. Die 2. Apr. 1718.

## III. Obligatio.

Ad adorationem crucis exhibendam Canonicos non impeditos posse cogi et mulctari. n. 3597 ad 5 die 10. Sept. 1701.

Omnes Canonici in choro praesentes fer. VI. Parasce. tenentur accedere ad adorandum crucem, sed Canonici mala corporis valetudine laborantes non tenentur praevia licentia Episcopi. Absentes in adoratione crucis punctandi sunt tamquam absentes a choro. n. 4235 ad 17 — 19 die 15. Sept. 1753.

## IV. Series.

In adoratione crucis et in aliis actibus, quando Canonici non erunt parati, debet Vicarius primum locum obtinere immediate post Celebrantem. n. 351 ad 6 die 19. Maii 1607.

*Ad dubium:* An Diaconi sacris vestibus induti primi post digniorem Cleri (Celebrantem) crucem adorare debeant?

S. C. resp.: *Negative, cum non sint Canonici.* n. 2082 ad 3 die 20. Nov. 1660.

Idem resp. S. C. die 18. Dec. 1660 cum appendice: expedire tamen, ut saltem diebus praedictis Canonici inserviant in officio Diaconi et Subdiaconi; eo casu affirmative. n. 2083 ad 3 die 18. Decbr. 1660.

*Ad dubium:* An Celebrans fer. VI. maj. hebdomadae accedere possit ad deosculandam crucem ante Episcopum?

S. C. resp.: Servandum esse Caerem. Ep., juxta id, quod praescribitur lib. 2. c. 25, et contrariam consuetudinem esse abusum tollendum. n. 3906 die 2. Apr. 1718.

*Ad dubium:* An in adoratione s. Crucis fer. VI. Parasce. debeant Praelati regulares Pontificalibus non utentes praecedere suo subdito Celebranti vel Celebrans primo loco adorationem peragere?

S. C. resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. n. 4395 ad 17 die 18. Decbr. 1779.

## b) Laici.

*Ad dubium:* An Magistratus immediate post Canonicos et ante Beneficiatos caeterosque de Clero admitti debeat ad crucis adorationem (et ad cineres)?

S. C. resp.: Negative. n. 3915 ad 6 die 10. Sept. 1718.

## c) Ador. Crucis Origo.

Vd.: *Ritus Graec.* (Constit. Bened. §. 27.).

## 2) Communio non dispens.

Servetur usus Ecclesiae universalis, qui obtinet, ut die Parasceves non administretur SSnum nisi infirmis.

S. R. C. 19. Febr. 1622.

## 3) Crux cum s. hostia facienda.

In feria VI. in Parasceve particula sine tribus signis crucis consuetis in calice est immittenda. n. 707 ad 5 die 7. Aug. 1627; n. 2363 ad 13 die 13. Febr. 1666.

Episcopus supra calicem dividit s. hostiam in tres partes, quarum ultimam mittit in calicem more solito sed sine signo crucis nihil dicens. *Caer. Ep.* I. II. c. XXV. n. 34; c. XXVI. n. 20.

## 4) Crucis detectio.

*Ad dubium:* An Sacerdos paratus fer. VI. Parasce., antequam Crux detegatur, debeat in accessu ad altare genuflectere vel facere profundam reverentiam?

S. C. resp.: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. n. 4866 ad 2 die 31. Aug. 1839.

Vd.: *Missale* (correctio, II. A. n. 2).

## 5) Incensatio crucis et altaris.

Non tolerandus est usus, qui in aliquibus Ecclesiis servatur Panormi fer. VI. Parasceve incensandi iterum SSnum post incensationem oblaturum, omittendo consuetam crucis incensationem. n. 3436 die 13. Aug. 1697.

Fer. VI. Parasceve post thurificationem Oblaturum non est iterum thurificandum SSnum sed crucem et altare esse thurificanda eo prorsus modo, quo fit in aliis missis, non omissis debitis genuflexionibus transeundo ante SSnum. n. 3478 ad 2 et 3 die 5. Julii 1698; n. 3614 ad 1 die 11. Febr. 1702.

Vd.: *Instructio Clem.* §. XXX. n. 12.

Episcopus incensat Oblata et deinde crucem et altare. *Caer. Ep.* I. II. c. XXV. n. 33.

Celebrans facta prius genuflexione SSmo Sacramento illud thurificat, inde crucem et altare. *Ibid.* c. XXVI. n. 19.

## 6) Incensatio Oblaturum.

Fer. VI. Parasceve sunt thurificanda Oblata. n. 3478 ad 1 die 5. Julii 1698.

## 7) Missa interrupta.

Cf.: *Expositio SSmi* (modus); *Missa* (interrupta per mort. Sac.).

Ad petitionem Episcopi Asculani asservandi SSnum in sua privata Cappella fer. V. maj. hebdomadae, ut sequenti fer. VI. in Parasceve ante accessum ad publicam solemnitatem possit missam brevem ejusdem diei privatim celebrare, S. C. resp.: sibi volenti SSmo Sacramento refici ea die satis consultum Caerem. romano docente regulam ac Caeremonias servandas,

celebrante Episcopo fer. VI. in Parasc. n. 1952 die 15. Febr. 1659.

Supplex Sacrorum Rituum Congregationi porrectus est libellus vernaculo confectus idiomate, tenoris, ut sequitur: In una Chiesa del Regno Lombardo Veneto essendo accaduto il seguente caso: „Sorpreso il Sacerdote da un colpo apopleptico nel principio della Funcione del Venerdì Santo, nè trovandosi altro Sacerdote digiuno, fuorchè il Diacono esercente, si è fatto luogo a due quesiti, dei quali il Parroco supplica dal EE. VV. RR. la soluzione.

1. Se in tal caso la Funcione di quella mattina debba proseguirsi sino al compimento?

2. Se possa proseguirla il Diacono digiuno, ovvero continuarla un Sacerdote non digiuno?

Latuit tunc sane, prout latet adhuc, silente Parocho, quid in Ecclesia, de qua supra, consilii coeptum; sed quoniam opportunum nimis visum est proposita Dubia discutere, ut inde certa decerni regula posset in similibus, si forte contingant, eventibus tenenda, et definire, quaenam revera sit qualitas et natura Missae, quae Praesantificatorum dicitur, ideo EE. PP. eidem Sacr. Congregationi praepositi fuerunt in sensu, rem in ordinario Conventu esse ad examen revocandam, exquisito in antecessum voto duorum Consultorum Theologorum; cumque horum non una in omnibus eademque mens fuerit, ne ullus ambigendi locus superesset, utriusque votum contrahendum Rmo Dom. Assessori fuit datum, qui allata ab unoquoque rationum momenta sedulo diligenterque discuteret, perenderet, ponderaret insuperque suam inscriptis sententiam Sacrae Congregationi aperiret.

Integro tandem proposito negotio in ordinario EE. et RR. PP. Coetu coacto sub die 5. Martii currentis anni au-

ditaque relatione Emi et Rmi D. Card. Falzacappa Ponentis ad proposita dubia unanimi consensione respondendum esse censuerunt: *In voto R. D. Assessoris, nimirum*

Ad 1.: „Provisum in 2.“

Ad 2.: „Si ministrans ut Diaconus est Sacerdos et jejunus, ipse, assumpta casula, prosequatur Officium et Missam Praesantificatorum absolvat, alterque non jejunus Sacerdos ei succedat in munere Diaconi: quatenus vero ille sit dumtaxat in Diaconatus Ordine constitutus et nemo alius adsit Sacerdos jejunus, cesset Officium, et sacra Hostia reponatur in tabernaculo, die sequenti post sumptionem calicis a Celebrante sumenda.“

Quibus omnibus SSmo Dom. Nostro Leoni XII. Pont. Max. per infrascriptum Secretarium relatis, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis responsa approbavit, confirmavit et ita in posterum in similibus servandum esse decrevit. N. 4609 die 8. Martii 1825.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Casus, super quo, duobus propositis dubiis, S. R. Congregatio rogata fuit pro decisione, vere est singularis. Similis forte numquam per plurium saeculorum fugam contigerat; accidit tamen anno proxime praeterito 1824 in altera ex Ecclesiis Status Veneti. Qua ratione pro novitate rei consultum fuerit, omnino ignoratur: nec certe poterat in temporis angustia a Missalis Rubricis vel a liturgicarum rerum Scriptoribus lumen aliquod peti, cujus ope, quid facto opus esset, agnosceretur. Si quod tunc fuit male gestum (quod ignoro) emendari nequit: plurimum tamen interest, immo S. R. C. visum est omnino necessarium, maturo examini subicere proposita dubia, nedum ut cognoscatur quo modo agendum sit, si idem casus in posterum contingat, verum etiam,

ut palam fiat qualitas et natura Missae, quam fer. VI. in Parasc., vero Sacrificio destituta, Praesantificatorum appellatione distinguimus.

Exquisitum proinde fuit votum duorum Theologorum; sed quoniam hi non fuerant in una eademque sententia concordēs, demandatum mihi fuit, ut iisdem expensis, meum sensum aperirem. Parvi mandatis et pro ingenii tenuitate rationes, quae in unam potius quam in alteram sententiam inclinabant, ingenuo calamo exposui. Votum autem praelo cusum, quod fuit Eminentissimis PP. Sacrae Congregationi praepositis distributum et ab iisdem probatum est, ut sequitur:

Quantunque la soluzione de' propositi dubii nulla giovì rapporto al fatto già consumato, ed al quale non sappiamo, se bene o male fosse allora provveduto, si è nondimeno riputato espediente di averli in considerazione sì per istabilire la regola da tenersi in altri simili casi, se mai accadessero che per conoscere, qual sia propriamente la qualità della Messa, che dicesi de' Presantificati. Perciò all' Istanca fu rescritto: *Proponatur in prima, exquisito voto duorum Consultorum Theologorum*: Dieder questi i loro voti in iscritto, che dal degnissimo Monsignor Segretario furono a me, come Assessore della S. Congregazione, comunicati, affinché li riducessi in compendio, e sull' affare aprissi il mio sentimento.

„In esecuzione dell' onorevole incarico, ho preso in considerazione ambedue i voti, quali ho trovati nella parte sostanziale fra loro discordi; e non poco ho esitato prima di determinarmi piuttosto all' uno, che all' altro parere; giacchè, per non porre il piede in fallo, e senza prevenzione per l' uno, o per l' altro, seriamente ho voluto ponderare le ragioni recate hinc, inde.

Convengono essi in due punti, cioè *nel primo*, che se per mancanza di soggetto abile a proseguir la funzione, dovesse questa rimaner interrotta, non deve trovarsi ostacolo nell' ammirazione, che ciò potrebbe cagionare nel popolo, avvegnachè in simili, o poco differenti casi l' ammirazione si toglie, con avvertire il popolo dei motivi, pei quali non può proseguirsi la sacra funzione.“

„Il *secondo* poi, sul quale parimenti convengono, si è, nello stabilire, che non possa il Diacono in virtù dell' Ordine, che esercita nel ministero, proseguir la funzione, e dare a questa compimento colla Messa, che dicesi de' Presantificati. E ciò con tuta ragione: imperciocchè, qualunque sia in questo giorno la natura di tal funzione, e Messa; certo è però, che per istituto, e disciplina della Chiesa, questa è così propria dell' Ordine presbiterale, che da altri d' inferior grado non si può eseguire per qualunque evento, urgenza e circostanza. In questo dunque cessa ogni questione, e l' affare è composto.“

„Ma non sono così d' accordo nel punto sostanziale, cioè, se non essendovi, che un solo Sacerdote non digiuno, possa questi riprendere la funzione dal luogo, ove fu interrotta per l' apoplezia, da cui venne improvvisamente colpito il Celebrante, oppure nol possa, ed in conseguenza abbia a riporsi la Sacra Ostia nel Tabernaculo, da consumarsi nel dì seguente dal Celebrante, dopo la sunzione del Calice.“

„L' uno crede, che debba continuarsi l' interrotta azione dal Sacerdote non digiuno. Egli si appoggia all' opinione probabile di quei Theologi, che tengono essere la Messa de' Presantificati il compimento del Sacrificio offerto nell' antecedente Giovedì: ed atteso che in materia de' Sacramenti fa d' uopo

attenersi alla più sicura sentenza, essendo bastevole qualunque dubbio, purchè sia fondato, e ragionevole, per determinare il giudizio; perciò egli opina per la continuazione. Così esso argomenta: L'opinione probabile che la Messa de' Presentificati sia compimento del precedente Sacrificio, rimane tuttavia indecisa, non essendo stata finora dalla Chiesa o espressamente amessa o assolutamente riprovata: dunque la cosa è dubbia, e nella dubbiezza sembra debba prevaler l'obbligo di dar compimento al Sacrificio, e non attender l'altro del digiuno naturale, non potendosi in questo caso osservare ambedue i precetti. Se un tal'argomento possa convenire al caso nostro, il vedremo in appresso. Ogni qual volta si avesse ad ammettere una tale opinione, si dovrebbe rispondere ai proposti quesiti.

Ad 1.: *In casu, de quo agitur, Affirmative.*

Ad 2.: *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam.*

„Diametralmente è opposto il voto dell'altro Teologo; e siccome questi è d'opinione, che non possa continuarsi l'interrotta azione nè dal Diacono digiuno, nè dal Sacerdote non digiuno, così ei determina per la negativa, tanto al primo quanto al secondo quesito, e conchiude, che debba cessare la sacra funzione, e convenga riporre il Sacramento nel Tabernacolo. Le ragioni, che egli adduce (senza far conto di quelle che si recano più ad *ornatum*, che ad *opportunitatem*) specialmente si riducono a questa, cioè, che nel caso proposto non si tratta di dar compimento ad un Sacrificio incoato, e che debba necessariamente perfezionarsi, ma bensì di consumare la Sacra Ostia riservata nella Messa del precedente giorno, cioè della Fer. V. affine che nella seguente Fer. VI. in Parasceve dal Sacerdote,

che eseguir deve le funzioni del giorno, possa consumarsi. Dunque non v'interviene quella validissima ragione, per la quale non solamente è lecito al Sacerdote non digiuno di compiere la Messa da altro Sacerdote; dopo la consecrazione di una o di ambedue le specie, interrotta, per improvviso sopravvenuto accidente; ma assolutamente lo deve, poichè l'obbligo di perfezionare il Sacrificio prevale al precetto Ecclesiastico del natural digiuno. Conferma il suo sentimento coll'autorità, e dottrina di Benedetto XIV., il quale seguendo la sentenza di altri dotti Scrittori, tiene, che nel caso del Parroco, che ha celebrato e riposto il Sacramento nel Sepolcro in due Parrocchie nel Giovedì Santo, non possa poi nella Fer. VI. iterare la funzione, e celebrar la Messa de' Presentificati in ambedue: giacchè, avendo ciò interamente eseguito nella prima Parrocchia, con adempire il rito della Chiesa, che non deve essere per verun modo alterato, ha dovuto necessariamente franger la legge del natural digiuno, con sorbire la Particella della Sacra Ostia in un col vino non consagrato. Questo è un caso così analogo al nostro, che non può desiderarsi di più.“

„AmMESSO dunque il voto di questo secondo Teologo, si dovrebbe rispondere *Negative ad utrumque.*“

„In questa diversità di opinioni, quale dovrà abbracciarsi? Non sono io da tanto, che possa simil' questione decidere, ed aspetto il giudizio, che sarà per pronunciare la Sacra Congregazione in cosa di non lieve momento, quale è la presente. Nondimeno siami lecito di esporre, e sottoporre al savio intendimento degli Eminentissimi Porporati, che la compongono, quelle ragioni, che dopo aver maturamente esaminati gli argomenti recati *hinc inde*, mi fanno pro-

pendere a favore del sentimento del secondo Teologo.“

„Senza andar per le lunghe, e cercar da lontano argomenti, che di molto raziocinio abbisognino, la soluzione sembra a me semplicissima, come quella, che unicamente dipende dal conoscere, se la Messa de' Presentificati debba aversi per vero Sacrificio, o per compimento del Sacrificio antecedente, oppure non sia nè l'uno, nè l'altro. Sciolta questa questione, il dubbio è risoluto. Imperciocchè, se avrò dimostrato non esser la Messa de' Presentificati vero Sacrificio, nè compimento di Sacrificio, sarà dimostrata altresì la qualità, e natura della medesima, che dicesi Messa in lato significato, perchè il Celebrante usa i sacerdotali indumento, con ministeriosi riti, e ritenendo alcunè precetti appartenenti alla Messa, ma non sostanzialmente al Sacrificio, colla solennità propria del giorno, consuma la Sacra Ostia, a tal fine nel precedente giorno riservata, spezza l'Ostia, e ne immerge una particella nel Calice etc. Da tali premesse chiara ne discende la conseguenza, che non è lecito al Sacerdote non digiuno di dare nel caso proposto compimento alla Messa de' Presentificati.“

„Certa cosa ella è, che a mio credere non può dirsi la Messa de' Presentificati vero Sacrificio. Così la comune de' Teologi. E benchè fra questi alcuni pochi vi siano, che sostengono il contrario, o almeno abbiano la Messa de' Presentificati per compimento del precedente Sacrificio; non è da farsi verun conto della loro opinione, troppo essendo labili, e fuor di proposito le ragioni da essi addotte, come mi accingo a dimostrare.“

„Non vale quella dedotta dal ripetersi più volte nella sacra azione il termine *Sacrificio*, e dal recitarsi pria di partire dall'Altare l'orazione *Placeat*.

Imperciocchè la parola *Sacrificium* non sempre ha il significato di Messa, ma bensì *vel late sumitur pro quocumque ministerio sacro, vel* (che è il caso nostro) *significatur ipsa Hostia consecrata; eo modo, quo victima Sacrificii solet interdum Sacrificium appellari.* Tetamo *Diar. Ecclesiast. tract. 2. lib. 4. par. 2. cap. 8. num. 254 et 266.* Suarez. *tom. 3. in 3. part. disp. 75. sect. 4. in fine.* Si possono vedere i significati della parola *Sacrificium* nel *Lessico del Macri*, e nel *Glossario del Dugange*: Non sussiste poi, che si chiuda la sacra funzione coll'orazione *Placeat*, giacchè dettosi dal Sacerdote: *Quod ore sumpsimus etc.* nota la Rubrica: *non dicitur Corpus tuum, Domine, nec Post Communio, NEC PLACEAT TIBI, nec datur benedictio, sed, facta reverentia Altari, Sacerdos cum Ministris discedit.* Ma dato ancora, che una volta si conchiudesse la Sacra azione coll'orazione *Placeat*, come si pretende (non so con qual fondamento) da chi sostiene l'opinione suddetta; l'essersi poi questa posteriormente omessa, porge un validissimo argomento per istabilire, che la Messa de' Presentificati non è Sacrificio: poichè l'anzidetta orazione *Placeat* in tali termini è concepita, che nella medesima la parola *Sacrificium* ha più stretto, e proprio significato, di quello abbia nell'*Orate fratres*, e nell'*In spiritu humilitatis*. Affine dunque di togliere ogni motivo di equivocare sull'intelligenza dell'espressioni usate in detta orazione, che potrebbe far credere esser vero Sacrificio quello, che tale non è, avvedutamente la Rubrica vuole che nel Venerdì Santo si taccia non solo il *Post Communio*, ma ancora l'orazione *Placeat*. Perciò il Gavanto *ad Rubr. Missal. part. 4. tit. 9. num. 20. lit. Z.*, meritamente avverte, che si tralascia l'orazione *Placeat*: *non ob eam ra-*